



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Communio corporis Christi & sanguinis quando incepit. tit. 92

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

252 SUMMA DOCTR. CHRIST.
COMMUNIO CORPORIS
Christi & sanguinis quando incepit,
TITVLVS XCII.



RIMO, sacre literæ testantur Christi
solùm bis communicationem feni
corporis & sanguinis sui. semel in con-
ante mortem, sub dupliciti specie, Apo-
stolis solùm, sicut testantur Euangeli-
stæ, Mat. 26. Luc. 22. & Marci 14. & 1. Corinth. 11. 26.
cundò, communicavit & dedit Sacramentum in di-
Paschæ in E M A V S, Lucæ 24. post resurrectionem
sub una specie, sicut testatur Augustin, libr. 3. de co-
sensu Euangelistarum, Chrysostomus homil. 17. The-
phylactus &cæ. Alias communicâsse Christum non
legitur, neque aliquid dixisse aut præcepisse, ut lan-
communicarent, id est, debeant cibari, quomodo
qualiter &c.

Secundò, nullus Apostolorum legitur communica-
câsse aliquem, donec post missionem & acceptiōnem
Spiritus sancti in die Pentecostes Acto. 2. edocet i
Spiritus sancto, ex quo omnis populus veteris legi
etiam manducabat de agno paschali, nedum faci-
dotes. Exod. 12. vt quoque & ipsi & populus man-
caret & biberet corpus & sanguinem Christi in me-
moriam redēptionis & liberationis, sicut & Iuda-
manducabant: hinc post missionem Spiritus sancti in-
cepit cibatio illa. Acto. 2. Erant perfeuerantes in do-
ctrina, orationibus, fractione panis: ibi nulla fit mem-
tio de Calice, & Ioan. Euangeliſta in toto suo Eu-
gelio non facit memoriam Calicis quia fides bibit
sanguinem Christi sine calice, &c. & sic modus com-
municandi vulgum, non est præceptus à Christo, sed
reuelatus à Spiritus sancto.

Sic Paulus 1. Cor. ii. inquit: Ego accepi à Domine

id est,
sed à I
fus ce
Paphio
cander
prob
muni
ter du
diuide
fine sa
taban
te effe
in cal
tranqu
multa
cim a
prizab
per vi
Ter
cramé
terest,
corpus
pro me
Nil m
tis cius
altera
qui me
sub du
folia ha
gitad

is est, Spiritus sancto: non dicit, Ego accepi à Christo
sed à Domino Spiritus sancto accepi, quomodo Christus
communicasset suos discipulos in memoriam
passionis sue. & vult ut & nunc Christiani propter
tandem memoriam communicarent anteā tamen
probati & confessi. & eo tempore fuit liberum com-
municare sub una vel duabus speciebus. Et hæc liber-
tas durauit, donec errores sunt exorti: aliqui enim
diuidebant Sacramentum, & in pane solum carnem
sine sanguine, in vino sanguinem sine carne esse pu-
tabant. Aliqui volebant, quod plus de gratia & salu-
te esset in una specie, quam in alia, plus in hostia, quam
in calice. Aliqui volebant sub necessitate salutis v-
trunque speciem necessariam &cæt. propter has &
multas alias rationes conclusit Ecclesia unan spe-
ciem ad unitatem conseruandā, sicut & Apostoli ba-
ptizabant ad tempus in nomine Christi, Actor. 2. pro-
pter unitatem.

Tertio, summa manducatio seu communicatio Sa-
cramenti, cuius ipsius CHRISTI etiam maximè in-
tereſt, est illa quæ fit Spiritualiter in fide, ut credam
corpus Christi pro me traditum, & sanguinem eius
pro me fusum, & de illa dicit Christus Ioannis sexto.
Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberi-
tis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. De
altera autem corporali communione non legitur,
qui me non sic manducat, est damnatus: vel, qui non
sub duabus speciebus vel una manducat, &cæt. Ideo
sola heretica libido rixandi est, quam Sathanas cri-
bat lacerandam Catholicam unitatem.

SACRAMENTVM EXTRA
vsum, an sit consecratum, Sacra-
mentum.

TITVLVS XCIII.

R r Primò,